Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mane secundum legem moysi: tulerunt illum
in templo: ut sisterent eum domino sicut scriptum est
in lege domini: quia omne masculinum ad aperiens
vulvam sanctum domino vocabitur: et ut darent ho
stiam secundum quod dictum est in lege domini par
turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce
homo erat in hierusalem cui nomen symeon: et homo
iste iustus et timorat us et exspectans consolacionem
israel: et spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acce
perat a spiritu sancto: non visurum se mortem nisi
prius videret xpm domini. Et venit in spiritu in templum.
Et cum inducerent puerum ihesum parentes eius
ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo
et ipse accepit eum in ulnas suas: et benedixit de
um et dixit: Nunc dimittis seruum tuum domine se
cundum verbum tuum in pace quia viderunt o
culi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem
omnium populorum: lumen ad revelacionem gentium
et gloriam plebis tue israel. Sequentia Credo i. v. de. Offertorium
Erandi domine preces meas: et ut digna sint sacri
ficia que oculis tue maiestatis offerimus sacri
ficium: nobis tue pietatis impende. per ppetuum
Quia per incarnati. Communio
Responsum accepit symeon a spi
ritu sancto non visurum se mortem nisi videret xpm domini. Complenda
Quos domine deus nr: ut sacro sancta mysteria
que pro reparacionis nre munimine contulisti: nec
edente hostia mana semper virtute et presens nobis
remedium esse facias et futurum. per dm. l. blasio
Deus qui nos ad annuntiacionem sollemp
nitatem beati blasii martiris tui atque pontificis